dicitur contactus per ſimilitudinẽ ſecundũ ꝙ dicimus/ res triſtabilis tangit nos/ ⁊ ſic ſecundũ hoc non quicquid tangit tangitur. Tertio modo dicit̃ contactus in continuis ſicut partes linee tangunt ſe in puncto continuante. Et contactus primo modo dictus neceſſarius eſt ad actionem ⁊ ad paſſionem. Mixtio eſt duplex: quedam eſt ad ſenſum ſiue improprie dicta ſicut quando componitur ordeum cum frumento. Alia eſt mixtio ſecundum veritatẽ: ⁊ diffinitur ſic. Mixtio eſt alteratorum miſcibilium vnio. Et nota ꝙ omnia que ſunt miſcibilia oportet ꝙ ſint agẽtia ⁊ patientia. Agentia in eo ꝙ diuidunt: patientia in eo ꝙ diuiduntur. Vnde patet ꝙ ea que non habent contrarietatem inter ſe non ſunt cõmiſcibilia. Item differentia eſt inter cõpoſitionẽ confuſionẽ ⁊ mixtionẽ. Compoſitio eſt quãdo vtrumqꝫ cõpoſitorum manet in virtute ſua propria: vt cõpoſitio ordei cum frumento. Cõfuſio eſt quando ꝓportionant̃ virtutes partiũ ⁊ non trahunt̃ ad certã ſpeciem/ vt in mixtione aque cum vino. Mixtio vero eſt quando virtutes partiũ proportionant̃ ⁊ trahuntur ad certam ſpeciem: vt elementa.

De mixtione.

De Gene. text. com. 87.

Compoſitio.

Confuſio.

Mixtio.

Tractatus tertius.

Anima eſt actus primus corporis organici phiſici vitam habentis in potentia. Nota impoſſi-

Anime diffi. ex ſcdo de aĩa tex. com. 6.